

*s* Vel per everſionem, quando argumen-  
tum contra nos allatum in adverſarium  
retorquemus. ut: *Si quis propterea uxore*  
*rem ducere nollet, quia ſic ſibi omnis generis*  
*moleſtia impoſterum eſſent devoranda: Sicuti*  
*μισηγώνης ille, qui non uxor ſed uxor, quod*  
*per Anagramma arcus eſt, ſcribebat. Illi*  
*ſic obviam iri poſſet per Inverſionem:*  
*Imò ne impoſterum tibi devorandæ ſint*  
*moleſtiæ, uxorem ducas.*

### Lectori Benevolo.

**Q**Uum vacuum quoddam hîc adverte-  
ret Chalcographus, *ſolum* hunc *Soriten*  
*ex Becano pro ἀνδροπολαρεια* & *invoca-*  
*tione Sanctorum*, ut illi eſſet explendo, ad-  
jicere collibitum fuit:

*Si Sancti ſunt in cælo, ſunt in ſtatu beati-*  
*tudinis. Si ſunt in ſtatu beatitudinis, ſciunt*  
*quæ apud nos geruntur. Si ſciunt quæ apud*  
*nos geruntur, intercedunt pro nobis. Si in-*  
*tercedunt pro nobis, licet eos invocare. Si li-*  
*cet eos invocare, fit hæc invocatio ſine injuriâ*  
*DEI. Si ſine injuriâ DEI, etiam ſine injuriâ*  
*Chriſti, ſi ſine injuriâ Chriſti, etiam ſine dif-*  
*fiden-*